

TERMS OF THE CAPTULATION OF CALOJANNI  
CIVO (Ziffo), Governor of the Fortress of Chios, to SIMONE  
VIGNOSO, Admiral commanding the Genoese Fleet. Chios,  
12th September 1346.<sup>1</sup>

[Biblioteca Civica Berio, Genova. *Codex Berianus Chiensis*, fols. 0-0 verso.]

[*fol. 0 (in verso)*] prima datio Insule Syi de Ciuoco.

In nomine domini amen. Magnificus dominus Simon Vignosus honorabilis pro communi Janue Armiratus galearum viginti novem, cum quibus diu stetit in obsidione hostiliter circa castrum Syi, et suam consilium nomina quorum consiliarorum inferius describuntur, nomine communis Janue ex una parte, et dominus Constantino de Syo procurator et procuratorio nomine domini Caloiani Civo, nunc capitanei et domini castri Syi, ut de procura constat publico Instrumento scripto manu Johannis de Vassallo notarij hoc anno die presenti, habens ad infascripita speciale mandatum ex altera, ex pactis habitis et conventis in datione Castri Syi predicti que presentaliter fit eidem domino Armirato nomine communis Janue, adiutorio et favore dicti Caloiane ipsis pactis tractatis per providos viros dominos Sakvum de Branducio et Galiermam de Solario de Varagine partium communes amicos pervenerunt ad infascripita[m] compositione[m] concordiam et pacta ad huncem: videlicet quia dictum dominum Caloiane Civo, in premium dationis dicti castri quam presentaliter facit dicto domino Armirato nomine communis Janue dictus dominus Armiratus nomine dicti communis recepit in ciuem Janue et tamquam ciuem Janue decetero tractare promissit et dictus dominus procurator juravit nomine dicti Caloiane quod dictus Caloiane erit fidelis et legalis communi Janue in perpetuo. Item promissit dictus dominus Armiratus nomine dicti communis dare et dari facere dicto Caloiane Civo per annos tres proximos solvendos ypperperos septem milia, videlicet solvendos ex hiis que procedunt ex introitusibus Insulle Syi, videlicet quolibet anno terciam partem et

<sup>1</sup> This instrument is published in G. Pegano, *Dalle Imprase e del Dominio dei Genovesi nella Grecia* (Genova, 1846), pp. 261-2. There is another copy in *Codices (Inscriptum)*, A, fols. 159-163 verso and B, fols. 1-1 verso, and another in the Archivio di Stato in Genoa, *Manoscritto* No. 219.

intelligatur prima annuata incepta anno presenti. Item promissit dictus dominus Armiratus quod dictus Caloiane Civo conservabitur in gracijs sibi concessis per dominum Imperatorem Romanorum de quibus appareat commandamentum cum bullis aureis sive litteris virnilijs pro quibus gracijs ipse Caloiane Civo sit et teneatur communi Janue obligatus et submissus sicut tenebatur domino Imperatori predicto occasione dictarum graciarum et voluit ipse procurator dicto procuratorio nomine deinceps dictas gracias recognoscere a communi Janue et non a domino Imperatore et pro predictis gracijs predictum commune habeat illam jurisdictionem bauliam et potestatem auctoritatem et regressum contra dictum Caloiane quam habebat Imperator. Item quod eidem Caloiane remaneant et observentur omnes possessiones sue tam hereditarie quam empte a quibuscumque personis. Item quod monasterio dicti Caloiane vocato Sancta Maria iuxta turrem Sicilie<sup>1</sup> remaneant et [*fol. 0 verso*] reservate sint omnes intrate sibi assignate de bonis ipsis per dictum Caloiane vel alias personas. Item quod dicto Caloiane liceat stare et morari in Syo et inde recedere et iterum redire sine impedimento ad suam libertatem voluntatem. Item quod dictus Caloiane inquietari impediri vel agravari seu molestari non possit in Iudicio vel extra de aliquibus gessis factis vel administratis de bonis Insule Syi tam pro domino Imperatore seu domino Zacharia vel aliqua persona quam aliqua gente. Item quod ipse Caloiane non possit impediri vel molestari in iudicio vel extra nec civiliter nec criminaliter de aliquibus rapinis incendiis offensionibus vel alijs usque in presentem diem per ipsum vel alium suo nomine factis vel commissis contra aliquos Januenses vel alias gentes in personis vel here. Ab hodie tamen in antea voluit et consentit dictus procurator quod dictus Caloiane tractari debeat sicut Januensis in omnibus et per omnia. Item promissit dictus dominus Armiratus nomine communis Janue quod dictus Caloiane et frater ejus Costa predictus et nepos ejus nomine Micehali Corei de Syo erunt immunes et exempti in vita sua tam ab omnibus dactis cotinuis et auariis et prestationibus realibus feudis per commune Janue ita tamen quod non intelligatur esse nec esse debeal immunitas a commercijs. Que omnia et singula dicte partes promississent attendere compleere et observare et perpetuo contra non facere vel venire sub pena ypperperorum quindecim millium et sub ypotheca et obligatione honorum

<sup>1</sup> = Sicilia.

corum. Nomina quorum consiliariorum sunt hec: Lanfrancus Diteacorne; Guliermus Arangius; et Jacobus Morandus. Actum in civitate Syri in ecclesia Sancti Nicolai anno dominice nativitas MCCCXXXIX sexto Indictione XIII<sup>a</sup> die Martis duodecima Septembris hora tertia presentibus Gabriele de Rosa Nicolao de Saliceto et Johanne de Vassalo notario civibus Janue.

Extractum est ut supra de actis publicis cancellarie Regie comunitis Janue videlicet de foliatio instrumentorum compositorum per quondam peregrinum de Bracellis notarium per me Anthonium de Credentia notarium et cancellarium.

Rex dominus } ANTHONIUS DE CREDENTIA,  
Janue } notarius et cancellarius.

TREATY BETWEEN SIMONE VIGNOSO, Admiral commanding the Genoese Fleet, and the GREEK NOBILITY OF CHIOS, 12th September 1346.<sup>1</sup>

[Biblioteca Civica Berio, Genova. *Codex Berianus Chiensis*, fols. r-11v.]

[*fol. r (in scroll)*] Dactio Greecorum Civitatis et Insule Chii et Conventio inter eos et dominum Simonem Vignosum Armiratum (Calendarum xxxviii. mcccxxxvi)<sup>2</sup> die Martis duodecima Septembris.

In nomine domini amen. Cum Strenuus vir dominus Simon Vignosus civis laudabilis et popularis Civitatis Janue pro communi Janue et excellenti domino Januensiis duce honorabilis Armiratus felicitis exercitus gallearum viginti novem Januensium et gentium ipsarum una con patronis et armatoribus ipsarum quorum nomina inferius describuntur et tum gentibus ipsarum gallearum usque die sexta decima mensis Junij proximi ad subiugandum sibi Insulam Syri et Castrum Syri et incolas ipsius Insule et castri tamquam odiosos et inimicantes Januenses ostiliter descendisset in Insulam predictam et circa castrum predictum cum dicto exercitu suo in obsidione stetisset tam per mare quam per terram dictum castrum cotidie debellando et invadendo et totam alliam Insulam predictam videlicet omnes partes et contractas Mastici et

<sup>1</sup> This treaty is published in C. Pagano, *op. cit.* pp. 262-6. Another copy is in *Codices Gualtheriani*, B, fols. r-iv, and yet another in the Archivio di Stato, Genova, *Manoscritto No. 219*.

Cardamie Volisso lo Prito<sup>1</sup> cum omnibus suis pertinentiis sibi subjugasset iamdu et de tota insula utilitatibus et introyibus dicte Insule predicte nunc habeat plenum dominium et possessionem et iamdudum habuerit nisi de sollo castro Chii, et ex dicta possessione et guerra homines dicti castri redussi [sic] in dicto castro<sup>2</sup> dicti loci dicte guerre velint et desiderent finem imponere et tot in comoda per concordiam euitare deo volente et ad honorem et exaltacionem comunitis et populi Januensis et domini Ducis Janue ac ipsius domini Armirati et sociorum et patronorum predictorum et eorum nomine ex una parte; et proto-Generali Argentii, Costa Civo, Micali Coresi Mega sachliari, Senasto Coresi et Georgio Agelasto Sindici et procuratores domini Callioane Ciuo Capitanei castri Syri et universitatis hominum dicti loci habentes ad infascripta plenum et [*fol. r verso*] generale mandatum, ut patet publico instrumento inde scripto hodie manu Johannis Vasallo notario, suo et dicto Sindicatorio nomine et procuratorio nomine ex altera parte, sub tractatu prouidorum virorum dominorum Salui Bigi et Guliermi de Solario de varagine inter ipsas partes omnium Amicorum, penenerunt ad infascriptas compositionem pacem et concordiam: videlicet quia predicti sindici procuratores, suo nomine et predictis nominibus et pro hereditibus eorum et successoribus, sese et castrum Syri dederunt et dant dicto domino Armirato et patronis nomine et pro parte comunitis Janue sub observacione pactorum et articulorum infascriptorum; videlicet quia primo se et castrum Syri dant cum juramento et iuraverunt dictis nominibus tactis scripturis sacrosancitis corporaliter more greecorum in obscuro et tactu figure Domini nostri Ihesu Christi et Sanctorum demiceps esse fideles et legales Januensibus et obedire legaliter et fideliter mandatis comunitis Janue, et ipsum castrum et Insulam salvare et defendere pro ipso communi contra imperium Romeorum et contra quascumque personas cuiusque nomine censeantur, et si qui forsitan contraxerit ipsi commune Janue uel fuerint ipsi communi proditores quod perdant et perdere debeant personas et bona sua omnia, sed teneantur esse fideles et legales communi Janue sicut veri Januenses, habendo ipsi ecclesias suas et monasteria sua et totum clerum suum viduendo [sic] secundum consuetudines suas uxitatas et secundum eorum fidem cum eorum introyibus omnium ecclesiarum qui sunt in Insula Syri reseruatatis et ceptis juramentis et promissionibus per dictum armiratum

<sup>1</sup> = Pythos.

<sup>2</sup> Cf. C. Pagano, *op. cit.* p. 263.